



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Puella pestifera à peste, & duo pueri à tumore liberantur, B. virgini effecti  
perigrini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

**PVELLA PESTIFERA A PESTE,**  
 & duo pueri à tumore liberantur, B. virginis  
 effecti peregrini.

## CAPVT XLVII.

**A**ncilla Ioannis Nigri hortulani Camberonensis infecta cum esset morbo contagioso, voto se peregrinam fecit B. Virgini, & subito à contagione euasit libera. Insuper pari modo filius Ioannis Lochisij Bruggelensis, ac filius Gulielmi à Tornaco Baulfienensis sese à tumore experti sunt liberos.

**VIRGINES EVADUNT PVDCITIAE**  
 periculum, vbi B. virginis emiserunt  
 votum.

## CAPVT XLVIII.

**V**enerabilis Antistita de la Turre cum suo conuentu, die quodam cum magna perplexitate agitata cum esset, & periculis exposita propter quorundam militum in suam abbatiam aduentum, qui pudicitiae earum vim inferre comminabantur, vt tam evidens periculum euaderent, peregrinationis votum B. Virgini Camberonensi emiserunt, & tam feliciter pijs votis & precibus suis ad eam recurrerunt, vt ab omni infortunio diuinitus praeseruatae, domna Abbatiſſa & aliae religioſae nudis